665
6

# DISPUTATIO JURIDICA
## *DE*
# COGNOSCENDA OBLIGATIONUM NATURA EARUNDEMQUE TAM CIRCA CONTRACTUS QUAM DELICTA OPERATIONE.

QUAM

*Divinâ affulgente gratiâ*

ET

Suffragante permittenteq; autoritate

*Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi ac Conſultiſſimi ICtorum ordinis in Illuſtriſſima & florentiſſima Gieſſena*

PRÆSIDE

BARTHOLDO KLÖPPERO von Klöppersheim
J. U. LICENTIATO P.W.

*Publicæ eruditorum collationi* συζητήσεως *ergo ſubmittit*

HERMANNUS Hoffmeiſter
STADENSIS.

*Ad diem 14. Februarii.*

*GISSAE HASSORUM,*
Typis FRIDERICI KARGERI ET CASPARIS VULPII,
ANNO M. DC. LXII.

*NOBILISSIMIS, PRAECLARISSIMIS AC PEREXIMIIS.*

DNNNN.

DN. MATTHIÆ BARTELS J. U. Cultori.
DN. WERNERO JOHANNI UFFELMANNO J. U. Cultori.
DN. M. HENRICO UFFELMANNO S. S. Theolog. Cultori.
DN. BURCHARDO UFFELMANNO J. U. Cultori.

DNNNN. Fautoribus, Amicis ac Sympatriotis meis æviternùm colendis

*Hanc Diſputationem Academicam*

Dicat, Dedicat, Conſecrat

Hermannus Hoffmeiſter Reſp.



# GRATIOSO NUMINE BENEDICENTE.

## THESIS PRIMA.

## *Proëmialis & præparatoria.*

JUriſprudẽtiâ utpote à *Summi Numinis culmine* profecta *Nove. 109. in princ.* & verè omnium aliarum ſcientiarum Regina *l. 2. ff. de LL.* totius mundi machinam illuſtrari, vitamque ſubjectorum ad obediendũ Deo & Magiſtratib⁹ informari, glorioſiſſimus autor ait Juſtinianus *in Auth. habita C. Ne filius pro pat.* Siquidem illa, non ſolum actionum noſtrarum ſecundum aureum honeſtatis æquilibrium inſtituendarum formatrix §. *3. Inſt. de I. & I.* verum etiam conſtantis unicuique ſuum tribuendi voluntatis directrix §. 1. *Inſt. d. t.* Illa, illa neminem in paupertate vivere, neque in anxietate mori permittit. *Nov. 1. in fin.* Sed ab iniquo æquum, ab illicito licitum diſcernendo, & jus cuique ſuum diſtribuendo abſolutiſſimæ implet Philoſophię vocabulum *l. 1. §. 1. ff. de* I. *&* I. Hinc merito ſanctiſſima civilis ſapientia pretio nummario non venit æſtimanda *l. 1. §. 5. ff. de extraordin. cognit. & ſi jud.* Cum facultati illius nobilisſimæ *l. 4. in fin. de excuſ. tut.* imò illuſtri *l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* objectum cognoſcendarum rerum, tam divinarum quàm humanarum §. *1. Inſt. d. I. &* I tam publica-

 rum

rum, quàm privatarum § *ult. Inſt. d. t.* ſecundum æqui & boni artem, præfinitum ſit *d. §. 1. Inſt. & l. 1. ff. de I. & I.* Hujus objecti rectiſſimè tres integrantes conſtituuntur partes §. *fin. Inſt. de I. N. G. & C.* cum jus reddatur perſonis, de rebus, per actiones.

TH. 2. Juris circa res (omiſſa perſonarum aliâs ſecundũ ſtatus jus cognoſcendarũ expoſitione *per l. ult. de cap. min.*) verſantis qualitas cõſiſtit vel in re vel ad rẽ *l. 18. in prin. ff. de damn. infect. l. 30. ff. de noxal. act. c. licet de præbẽdis in ſexto* Oldendorp. *claſſ. 3. act. 6.* Weſenb. *in παρ. de Uſufruct. n. 9. & de ſervit. n. 8.* Hinc jus reale, hinc jus perſonale §. 1. *Inſt. de action.* Jus rei eſt, cui res ipſa, nullo perſonæ vinculo, eſt devincta, rectiſſimèque quadruplex numeratur: *dominium, ſervitus, poſſeſſio, pignus.* Jus ad rem propriè vocamus, quo non immediatè dominium, ſeu jus in re, transfertur, ſed perſona nobis adſtringitur, ad alicujus rei ſolvendæ ſeu præſtandæ neceſſitatem *l. 3. ff. de O. & A.* & hoc ad rem jus, uno *OBLIGATIONIS* nomine proponitur. Ad cujus, implorato D. N. auxilio, expoſitionem progredientes, ejus *Etymologiã* à ligando ſuâ derivatione profluxiſſe aſſeveramus: Siquidem obligationis vinculo ab initio tenemur volentes, ſemel autẽ aſtricti, non, niſi adverſâ parte volente, vel alio legitimo diſſolutionis modo interveniente, liberamur *l. 5. C. de O. & A.* Teutonico idiomate effertur: eine Verbindung / eine Verpflichtung. Hinc circumſpectis rebus rationibusque ſubductis concludimus: malè à quibuſdam ignoratione diſtinctionis inter eſſe ſubjectivè & objectivè re, ferri ad jus perſonarum, ponderantes: obligatione nequaquam homines ſecundum ſtatum affici, ſed intuitu rei; quæ debetur debitores creditoresque appellari *d. l. 3. ff. de O. & A.*





TH. 3. Definitur obligatio juris vinculum. § 1. *ibi in jure conſtit.* Inſt. *de R. Corp. l. 46. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. 54. ff. de condict. indeb.* quo neceſſitate aſtringimur *l. 13. C. de contrah. empt. l. 99. de V. O. l. 67. ff. de procur.* alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ Civitatis jura *princ. Inſt. de Oblig.* Dividitur in naturalem & civilem §. 1. *ibi. ſive civilis ſivè naturalis Inſt. de fidejuſſ. l. 6. § 1. l. 7. l. 8. §. 3. l. 16. §. 3. l. 21. §. 2. ff. d. t.* Repudiata ulteriori, in naturalem primævam, & ſecundariam, nec non civilem & mixtam ſubdiviſione. Naturalis obligatio ea vocatur; quæ ſolo æquitatis naturalis ſuſtinetur vinculo *l. 95. §. 4. ff. de ſolut. l. 1. §. 1. ff. Si is qui teſt. lib. eſſe juſſ.* & ſoli rationi innititur *l. 1. §. 9. ff. de O. & A.* Et vel eſt, citra promiſſionem & conventionem ex ſola naturæ affectione ſc. honeſtate, ſine præſtandi neceſſitate exiſtens: inde *minus plena* appellanda; quod ejus præſtatio pudori atque conſcientiæ obligati relinquitur, omni contra invitos actione, aliisque affectibus deſtituta *l. 7. ff. de Serv. export.* exempla *videantur in l. 25. §. 11. ff. de petit. hered. l. 1. l. 9. & ult. C. ad L. Falcid. l. 5. §. 15. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 68. § ult ff. ad SCtum. Trebell.* Vel ex conventione, ſive promiſſione orta, efficaciam agendi, petendi, de jure Gentium *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſt. pec.* jure civili verò licet non actionem *l. 1. §. 17. ff. ad leg. Falcid. l. 94. §. ult. ff. de ſolut. l. 7. §. 4. & 5. ff. de pact.* alios tamen effectus eosque maximè inſignes producit; veluti compenſandi *l. 6. ff. de compenſ. l. 1. §. ult. ff. de novation.* in conſtitutum deducendi *l. 1. §. 7. ff. de conſtit. pec.* efficaci tam ſatisdationis quàm pignorum conſtitutionis cautione, naturalem obligationem corroborandi. §. 1. *in fin. Inſt. l. 6. & 7. ff. de fidejuſſ.* imò res naturaliter debitas, fortè ſolutas nullo condictionis periculo retinendi. *l. 10. ff. de O. & A. l. 13. l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb.*

TH. 4. Quandoquidem verò generali diviſione *jus civile* diſpeſcitur *in tale ſpecificè, & jus prætorium* ob proprias LL. & peculiares qualitates à jure prætorio inventas §.7. *Inſt. de jur. N. G. & C.* Ita *civiles obligationes in tales ſpecificè & prætorias* deducuntur §.1. *Inſt. de oblig.* Civiles, vel ex placitis Gentium §.2. *Inſt. de* I. *N. G.* à jure Quiritum confirmatis, pleniſſimoq; effectu inſtructis *argumento l.*130 *ff. de V.* S. *vid. l.*8. §. *ult. ff. de accept.* vel alias incognitæ, ex juris civilis penu proficiſcuntur veluti ſtipulatio §.9. *Inſt. de Actionibus* literarum obligatio *princ. Inſt. de liter. obligat.* Emphyteuſis §.3. *Inſt. de locat. & cond.* Prætoriæ, ſive ab honore magiſtratus honorariæ §.7. *Inſt. de I. N. G.* agnoſcuntur illæ; quibus à jure Gentiũ deſcendentibus Prætor, juris naturalis adjumento, primus in foro civili conſtituit actionem §.1. *Inſt. de oblig.* §.3. *& ſeqq. Inſt. de act.* Omnis enim obligatio Prætoria eſt naturalis, neque tamen converſâ vice. Hinc in errore verſari tales manifeſtiſſimũ eſt; illas omnes, de quibus Prætor Edictum propoſuit, honorarias eſſe opinãtes, perpendentibus: cõmodatum *l.1. in princ. ff. Comm.* directam hereditatis petitionem *l.1. ff. Si pars hered.* Exempla Prętoriarum verò invenire licet §.8. *Inſt. de act. princ. Inſt. de perpet. & tempor. act. princ. Inſt. de vi bonor. rapt. l.*17. §.2. *ff. de pact.*

TH. 5. Explicatâ obligationum naturâ & diverſitate, nunc earum efficaciam pleniori aliquantulum ſtylo inquirentibus conveniens συναλλάγματος *h. e. mutui facti ſeu commercii obligatorii* occurrit vocabulum ex autoritate ducis ad prudentiam Ariſtotelis *l.5. Ethic. c.2.* generali ſignificatu dividendum: in ἑκούσιον & ἀκούσιον i.e. vel ex mutuo contrahentium conſenſu in *voluntarium* vel ex ipſa re ſc. facto in *involuntarium l.52. ibi in editione Florentina teſte Sutholt.*

*diſſ.12.*



*diſſ.12. §.35. malo contractu ff. de re jud.* Quare factum regulariter jure civili efficacem producens obligationem eſſe duplex: contractum & delictum, affirmamus *t. t. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Prius autem de obligationibus ex contractu deſcendentibus methodi Juſtinianeæ obſervantes diſpiciamus. Quia verò ex contractu quo, naſcatur, modo, obligatio, vix liquidò conſtabit conventionis naturam ignorantibus; ideò illam non minus tricis & mæandris, verùm utilitate pleniſſimam præmittentes *conventionem* definimus *non attentâ Dd. reclamatione facile in diſcurſu refellendâ,* quod ſit actus *l.19 ff. de V.* S. duos pluresve *l.11. §.3. ff. de pact.* circa negotium contrahendum *l.33. ff. de cond. indeb.* ex diverſis animi motibus in unum conſenſum ſeu ſententiam redigens *l.1. §.2. ff. de pact.* quæ ita delineata dividitur in nudam & non nudam.

TH. 6. Conventio in nudis placiti finibus perſiſtens vocatur pactum nudum *l.28. C. de pact. l.27. C. de locat. & cond.* ideo nudum; quod à cauſa ſeu negotio ſit deſtitutum *L.15. ff. de præſcr. verb.* Unde etiam reſpectu formalis à contractibus diſtinctionis vocatur ſimplex conventio *L.6. C. de Iur. dotium.* Veluti ſi convenerit inter me & Sempronium de ſuo equo mihi vendendo. Hic ſtat conventio in nudi placiti terminis utpote nondum certo definito pretio: quo verò interveniente, tunc conventio ex acceſſione negotii, civilem obligationem producere valentis, deſinit eſſe nuda, nimirum contractum emptionis venditionis ſortita *pr. Inſt. de de empt. & vend. l.27. princ. ff. de contrah. empt.* Item ſi paciſcor cum Titio de fundo ſuo cum meo permutando aut pecunia mutuò danda: Hactenus præter nudam conventionem nudumque pactum nihil eſt actum; ſed acce-

dente

dente rei traditione, pecuniæque numeratione, præter conventionem negotium interveniſſe facilè deprehenditur; illoque caſu permutatio *l. 5. §. 1. ff. de præſcr. verb.* hoc verò contractus mutui celebratur *princ. Inſt. Quibus mod. re contrahitur oblig.* Conventio non nuda ſeu pactũ veſtitũ eſt: cui ultra ſimplices conventionis fines, vis aliqua civiliter ac efficaciter obligandi accedit *l. 15. ff. de præſcr. verb. l. 10 C. de pact. l. 7 §. 5. & 6. ff. eod.* Veſtitur verò extrinſecè vel ab aſſiſtentia legis civilis in ſpecie ſic dictæ; uti pactum dotis *l. 6. C. de dot. promiſſ.* pactum donationis *l 35. § fin. C. de donat.* vel ab aſſiſtentia legis prætoriæ uti pactum conſtituti *l. 1. & t. t. de conſt. pec.* & pactum hypothecæ *l. 1. princ. ff. de pignor. act.* & hæc pacta à quibuſdam legitima vocantur: Sic veſtitur quoque à cohærentia contractus, cui pactum in continenti, nullo alio intercedente negotio, adjungitur ipſaque propinquitate quaſi agglutinatur *l. 32. ff. de R. I. l. 24. ff. depoſit. vel cont. l. 7. §. 5 ff. de pact. non confuſione* ſed effectus ratione & tale pactum à nonnullis appellatur adjectum. Quod ex intervallo adjectum naturam nudi pacti retinet *l. 13. C. de pact. l. 7. §. 5. l. 72. ff. de contrah. empt.* & naturali jure quidem obligatorium, non tamen jure civili, niſi prætorio ad excipiendum proficuum *l. 27. C. de locat. & cond. l. 3. C. de rer. permitt. l. 7. princ. & §. 4. ff. de pact.* Sed quid moribus hodiernis? vid. Dnus Carpzov. *in juriſp. forenſ. Sax. part. 2. c. 19. defin. 17. n. 7.* niſi præambuli fuerint ſermones *tractatus* vocari ſoliti Cothm. *volum. 4. Rſ. 18.* Si verò pactum veſtitur intrinſecè ſeu ſua natura; contractus aſſumit naturam *l. 27. ibi propriis viribus ff. de O. & A.*

Th. 6. Definitur contractus; quod ſit conventio habens ſpeciale nomen, aut eo deficiente cauſam *l. 7. §. 1. & 2. ff. de pact.* Cauſam intellige non impulſivam ſed complementum *l. 15. ff. de præſc. verb.* Diviſiones contractus à variis afferuntur variæ I. quod ſit vel *μονόπλευρος unilaterus* vel *δύπλευρος ab utraque parte obligatorius.* Exempla in mutuo, in donatione, in contractu cum pupillo inito *l. 13. §. 29. ff. de act. empt.* II. contractus bonæ fidei vel ſtricti juris §. 28. Minimè tamen hîc talis feratur ſenſus; ac ſi bona fides dolo opponeretur; ſed quod ad ea, quæ ex bono & æquo præſtare oportet, etiamſi non expreſſè in obligationem ſint deducta, obliget. Econtra; ſtricti juris contractus conſtringit non ultra id, quã de quo nominatim conventũ eſt, ſeſe extendens §. 30. *Inſt. de act.* III. Contractus *innominatus vel nominatus.* *Innominatus*, qui nõ habet ſpeciale ac proprium nomen à jure impoſitum, l. 3 ff. *præſcript. verb.* ſed generis ſui nomine contentus, tam nominatis quã innominatis convenit. Hujus ſpecies quatuor enumerantur in *l. 5. pr. in fin. ff. de præſcript. verb. & in fact. act.* Nec ſolum conſenſu, ſed rei traditione facto vé ſubſecuto perficiuntur *l. 1. §. 2. ff. de* S. *P. R. l. 15. ff.* S. *P. V.* quibus in quodam tertio ſimiles eſſe poſſunt *quaſi contractus. Nominatus* ideò dictus, quod propter ſingularem utilitatem, quam humano generi præbet, ſortitus ſit ſpeciale nomen, quatuorque modis contrahitur videlicet re, verbis, literis, conſenſu. *§. fin. Inſt. de obligat.* Nam quamvis ad omnes contractus requiratur conſenſus, quidam tamen præter conſenſum alio, ad complementum formale, indigent adminiculo deſiderantes rei traditionem & interventum, qui cauſam iis dare dicitur *l. 7. §. 2. ff. de pact.* Hinc reales audiunt appellari contractus, quos inter *mutuum* primum obtinet locum.

Th. 8. Mutuum, exinde quod ex meo fiat tuum, ſic dictum *l. 1. l. 2. §. 2. ff. de R. Cred. princ. Inſt. quib. mod. re. cont. oblig.* & pro contractu acceptum definitur: Contractus realis, quo rem

quo rem fungibilem *ſc.pondere,numero,menſura conſtantem* alicui ea lege utendam, & abſumendam damus, ut tantundem ejuſdem generis & qualitatis quandoque reddatur *l.1.§.2.ff. de O.& A.princ.Inſt.de quib. modis re &c.* Ratione modi: Mutuum datur vel pure vel in diem aut ſub conditione *l. 8.princ. l.36.ff.de R.Cred.l.24.ff.mand.* ſub lege tantundẽ reddendi *l. 19.ff.de R.cred.* Effectus mutui reſpectu accipientis eſt 1. quod rei mutuo datæ conſtituatur dominus *§.ult.Inſt.quibus alien. licet princ. Inſt.h.t.* quo fit ut rei periculum ſuſtineat, nec ejus interitu liberetur *l.9.C.de pignor.act.l.1.§.2.ff.de O.& A.l.11.C. Si cert.pet.§.2.Inſt.quib.mod.re contrah.* Secundò ad effectus pertinet obligatio, qua debitor creditori rem ejusdem generis, qualitatis & quantitatis reddere tenetur *l.2.princ.ff. de rebus cred.l.1.§.2.ff.de O.& A.* etiamſi ut res æq; bona redderetur, non fuerit expreſſum *l.2.§.1.ff.de R.Cr.* Hinc æquum fieri cenſemus, quod nummis in bonitate materiæ poſt contractum mutatis, ſolutio in eadem bonitate fiat, quæ tempore fuit contractus: mutata verò bonitate extrinſeca ſc. valore ſeu pretio, tempus ſolutionis attendatur *Sutholff.diſſ.13.§.23.* Actio quæ ex hoc contractu datur dicitur, condictio certi *prin.Inſt.h.t.* Nam exſtinctę res vindicari nequeunt. *§.14.Inſt. de act.* Ideo vero condictio certi competit; quia de re, cujus per numerum, menſuram aut pondus certiſſima poteſt fieri deſignatio agitur *l.6.ff.de R.C.l.74.& ſeqq.de V.O.* nec illa diſtincta à cæteris condictionibus ex aliis cauſis deſcendentibus eſſe videtur *l.9.pr.l.24.ff.de R.cred.l.4.§.2.ff.de O.& A.* Hac vero actione petit creditor debitorem condemnari, ut tantundem ejusdẽ monetæ & valoris ſolvat, quantum mutuò accepit, cum damnis & eo quod intereſt. Oldendorp.*claſſ.4.act.17.n.6.* Qua actione etiam indebitum accipiens tenetur de re quam accepit reſtituenda. *§.1.Inſt.de oblig.quæ re contrah.*



Th. 9. Commodatum eſt contractus realis, quo res mobilis vel etiã ſoli *l.1.§.1.ff.commod.* tam aliena quã propria *l.15.ff.h.t.* ad certum tempus *l.10.& 17.ff.d.t.* gratis ſine mercede *l.17.§.3.ff.de præſcript.verb.§.2.Inſt.de location.* à quovis etiam prædone vel fure *l.17.ff.commod.l.46.ff.de jud.* utenda conceditur; ut res finito uſu in ſpecie reſtituatur *§.2. Inſt. Quibus m.re contrah.* Formalis ratio cõmodati eſt; quod ſit gratuitum & ad certũ uſum conceſſum: Nam interveniente mercede locatus uſus rei videtur eſſe *d.§.2.l.5.§.12 ff.commod.* & revocandum quocunque collibitum fuerit tempore, precariũ interveniſſe ſtatuitur *l.1.l.2.§.2.l.15.ff.de prec.l.7.§.3.ff.comm.* Actio duplex eſt: directa & contraria. Illa datur commodatori adverſus cõmodatarium, ut ſub omnis culpæ etiã leviſſimæ præſtatione *l.5.§.2.in fin.l.18.pr.l.20.ff.commod.l.5.§.4.ff.de O.& A.* res in ſpecie reſtituatur. *§.2.Inſt.de Oblig.quæ re contrah.l.1.§.3.de O.& A.* Re vero deteriorata, id quod intereſt, perſolvatur *l.3.§.1.ff. commod.* Contraria datur commodatario adverſus commodantem, ſi re commodata uti planè ſit prohibitus *l.17.§.1.& 3.ff. commod.* vel damnum ex re vitioſa ſcienter commodata ſenſerit *l.18.§. pen.ff.eod.*

Th.10. Depoſitum, *quod etiam commendatum dicitur,* eſt contractus realis; quo rem mobilem vel immobilem *l.3. in fin.ff de acquir.poſſeſſ.l.11.ff.de peric.& commod.rei vend.* ſuam vel alienam *l.31.§.1.ff.depoſ.* cuſtodiendam & aſſervandam tradimus *l.1.ff.depoſ.* ut eandem nobis pro lubitu repoſcentibus *l.1.§.22.& 45.ff.dep.* in ſpecie reddatur *l.2.ff. de reb.cred.* Dividitur in depoſitum ſpecificè & ſequeſtrum. Eſt autem *Sequeſtratio* rei litigioſæ, ſeu controverſiæ depoſitio, apud

tio, apud ſequeſtrum à pluribus facta; ut lite pendente cuſto-
diatur, finitâ verò triumphanti reſtituatur *l.5.§.1.& 2. l.7. &*
*pen.ff.depoſ.* Et eſt vel conſilii deliberati, & ex conventione
partium. Unde voluntarium *l.5.C.dep.l.39.ff.de ſolut.l.39.ff.*
*de acquir.poſſ.* vel imperii, quo magiſtratus auctoritate, parte
utraque ſivè alterutra invita, ſequeſtratio decernitur *l. un. C.*
*de prohib.ſequeſt.* & neceſſarium dicitur judiciale: nam quod
urgentis neceſſitatis ratione, veluti incendii, ruinæ, naufragii
l.1.§.1.2.3.ff.*dep.* deponitur, caſu magis neceſſarium & hinc
recte miſerabile depoſitum dicitur. Forma depoſiti, ut res
gratis cuſtodiatur. Quare depoſitarium non poſſidere ſed
rem naturaliter modò tenere colligimus *l.9.ff.de reb. cred.*
*l.17.§.1.ff.dep.* idem de ſequeſtro aſſerentes *l.39.ff. de acquir.*
*poſſ.* niſi expreſſè de poſſeſſione in ſequeſtrum transferenda
actum ſit *l.17.§.1.ff.depoſiti.* Actio depoſiti duplex: *directa &*
*contraria. Directa* datur deponenti adverſus depoſitarium:
ad rem in individuo reſtituendam & præſtandũ dolum & la-
tam culpam §.*3.Inſt.quib.m.re.* interdum & leviſſimam: ſi de
câ pactum, mora reſtituendi, culpa, caſus, aut pretium pro
cuſtodia aut oblatio ad depoſitũ intervenerit *l.1.§.6.& 8.34.*
*35.l.12.§.fin.ff.depoſ.* & hæc actio paratam habet executio-
nem *l.14.§.1.de non numer.pec.* Nec non deponens præfer-
tur omnibus depoſitarii creditoribus anteriorem quamvis
hypothecam habentibus; imo mulieri: cum rei depoſitæ non
modo proprietatem, ſed poſſeſſionem deponens retinuerit.
*l.9.ff.de R.cred.l.17.§.1.ff.depoſ. Contraria* datur depoſitario
adverſus deponentem nomine impenſarum, quas fecit in de-
poſita re aſſervanda *argumento l.7.teſtà.quemadmodum aper.*
Minimè verò compenſationem opponendi habet licentiam,
etiamſi debitũ liquidũ & depoſita ſit quantitas. *l.ult.in fin. C.*
*de comp.* Zang. *de Exc.part.3,c6.* Th. 11.



Th. 11. Noviſſimus contractuum realium ſed in
ſecuritatem acceſſorius, eſt pignus; quod *à pugno* dictum *l.*
*238.de V.S.* & ſumptum non pro re ipſa pignorata *l.29.ff. de*
*pign.t.t.ff.de diſtract.pign.* Sed pro ipſa obligatione ſeu nexu
pignoris, qua res in ſecuritatẽ creditori devincta *l.ult.C. Si res*
*alien.pign.dant.l.1.§.4.ff.ne vis fiat ei.l.33.ff.famil.erciſc.t.t.*
*ff.qui potior.in pign.& tit.ff.quæ res pignori dari poſſunt.* defi-
nitur: quod ſit contractus realis, quo jus creditori, proſecu-
ritate debiti in re alterius conſtituitur, Bach. *ad Treutl.vol.2.*
*diſp.1.th.1.lit.A.* Frantz.*in comment.ad ff.de pignor.n.* 10. Et
ita differt ab *hypotheca* non ratione juris in re conſtituti & a-
ctionis hypothecariæ, ſed ratione conſtitutionis; ſiquidẽ ſinè
traditione, nuda modò conventione celebratus contractus,
frequentius hypothecæ nomen: accedente vero traditione
roboratus, pignoris ſpecialiter ſic dicti appellationẽ aſſumit,
*l.9.§.2.l.35.§.11.ff. de pign. act.* Pignoris diviſiones *reſp. cauſæ*
*efficientis* in voluntarium & neceſſarium, *t.t.C.de pign.præt.t.*
*t.C. de pign.jud.* Voluntarium *ratione objecti in generale* ſub
mentione videlicet omniũ bonorũ: & ita non tantùm nomi-
na & actiones *t.t.C.quæ res.pign.dar.poſſ.l.49.in fin.de V.S* ſed
etiam futura bona pignoratii contractus capacia obligantur
*l.fin.C.quæ res pign. oblig* Vel *ſpeciale*; quod in reb9 certis, aut
parte tantùm bonorum conſtituitur *l.1.pr.l.15.§.1 ff.de pign.*
& ultra ſpecificata non extenditur niſi quoad rerum iſtarum
vel bonorũ obligatorũ acceſſoria *l.16 pr.l 29 § 1.l.26.§ fin.*
*ff depign.l.18 §.1.de pign actione.* Ratione *modi in expreſſum*
quod per ſe patet, *& tacitũ*; quod citra confeſſionem ex præ-
ſumpta contrahentis voluntate, vel legis diſpoſitione conſti-
tuitur: veluti fiſcus *l.1.C.in quibus cauſis.* Civitas in bonis ad-
miniſtratorũ *l.ult.C.quo quisq.ord.* pupilli & minores *l.20.C.*
*de adminiſt.tut.l.un.§.1.C.de re ux.act.§.29.Inſt.de act.* Sic in-

 vecta &

vecta & illata ab inquilino in prædium urbanum *l. 4. ff. in quibus cauſis pign. l. 34. ff. de pigno.* Secus vero de invectis in prædium ruſticum *l. 5. C. de pign.* utpote fructibus pro penſione & damnis tacito pignore obligatis *l. 7. ff. Qui potior.* Pignoris excellentiſſima quoque adjici ſolent pacta, veluti ἀντιχρήσεως *l. 11. §. 1 ff. de pign. l. 33. ff. de pign. act.* Idque ſimpliciter illicitum, aut cum uſuraria pravitate conjunctum eſſe negamus *l. 17. l. 17. C. de Vſur. Gail. l. 2. obſer. 3. Mynſ. cent. 6. obſ. 71. Ritterſh. part. 3. expoſ. Novell. cap. 10. n. 17.* Sic pactum l. 3. C. de pignor. cujus effectus tamen conſiſtit in parata executione, non ut reſiſtenti debitori vim facere, aut propria autoritate fundum occupare queat creditor *l. 176. ff. de R. I. t. t. C. ne quis in ſua cauſ.* Pactum vero commiſſorium utpotè æquitati & bonis moribus adverſum rectiſſime prohibetur tam conſtitutione Conſtantini *l. fin. C. de pact. pign.* quàm Auguſtiſſima Imperii ſanctione *in receſſu de anno 1577. ſub ordinat. polit. tit. 20. §.* und dieweil man.

Th. 12. Effectus pignoris: veluti jus retinendi, non tantùm pro ſorte, verum etiã uſuris promiſſis. *l. 8. §. ult. ff. de pign. act. l. 18. ff. q. potior. in pign.* Bach. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 1. th. 8. lit. C.* imò etiam pro alio debito, nudo quamvis chirographario, conceditur *l. unic. C. Etiam ob chirog. pec. pign.* Item ſi pignus debito tempore non reluatur, competit jus vendendi ſeu diſtrahendi *t. t. ff. & C. de diſtract. pign.* Et ſi eſt pactum de diſtrahendo adjectũ, tunc illi ſtandum, nec pręter denunciationem illam, qua debitor in mora conſtituitur, alia requiritur *Frantz. in comment. de diſtract. pign. n. 46.* Si nullum interceſſit; diſtractio ſecundum *l. fin. C. de jur. dom. impet.* fieri debet. Quem tamen modum utpote prolixum, & creditoribus minus utilem hodiernis moribus vix ullibi uſur-





pari teſtatur Perez. *ad d. t. C. de jur. dom. impet. n. 6.* Procedit verò hæc diſtractio ſecundum ordinem & prærogativam. Nam quidam creditorum præferuntur 1. ratione *conſtitutionis*; tum hypothecam publica ſcriptura munitam habentes privatæ anteriori niſi trium teſtium ſubſcriptione munitæ derogent *l. 11. juncta Auth. Si quis C. qui potior. l. 18. C. de fide Inſtrum.* Gail. *lib. 2. obſerv. 25. n. 9.* Sic ratione *temporis* aliqui præcedunt *l. 1. C. Qui potior. in pign.* Item ratione *privilegii tam rebus* conceſſi *l. pen. ff. de Relig. & Sumpt. fun. l. 7. ff. qui potior. in pign. Nov. 97. c. 3. in pr. l. 4. C. de hered. pet.* quã *perſonis* veluti *pupillo*, in rebus pecunia ipſius comparatis *l. 7. ff. Qui potior. in pign.* item in bonis tutorum *l. ult. ff. de tut. & ration. diſtr.* Sic mulieri ratione dotis *l. 12. C. Quid pot.* Fiſcus ratione tributorum ſimpliciter *l. 1. C. Si propter public. penſ.* Quod tamen ſecus pœnarum intuitu eſſe videtur *l. 28. ibique Bart. ff. de jur. fiſc. l. un. C. de pœn. fiſc.* Gail. *l. 2. obſ. 25. n. 5.*

Th. 13. Actio ratione pignoris creditori competens potiſſimum duplex eſt: pignoratitia contraria & quaſi Serviana. Quarum illa perſonalis adverſus debitorem ob rem alienam, vel alii obligatam aut vitioſam pignori datam *l. 9. pr. l. 16. §. 1. l. 22. §. ult. ff. de pign. act. l. 1. §. 2. ff. de pign.* vel ob impenſas in rem pignoratam factas *l. 7. in fin. ff. de pign. act.* & damna ex re pignorata nacta datur. *l. 31 ff. de pignor.* Hæc realis *& quaſi Serviana* (ad differentiam propriæ Servianæ locatori de rebus coloni experiunti conceſſæ *§. 7. Inſt. de Act.*) competit contra debitorem vel alium tertium; ad rem pignoratã, prævia poſſeſſionis rei, penes Reũ exiſtentis, & tempore obligationis in bonis debitoris repertæ probatione conſequendam. Hodie vero non prius ad pignorum poſſeſſores, quã excuſſis debitoris & fidejuſſorum facultatibus perveniri poteſt.

poteſt. *Auth. hoc. ſi debitor* C. *de pignor. auth. ſed hodie* C. *de O. & A. Nov. 4. cap. 2.* De cujus tamen juris limitationibus videatur *Neguſ. de pignor. part. 8. memb. 3. n. 6.* Actio pignoratitia *directa* datur debitori adverſus creditorem *l. 9. §. 3. ff. de pignor. act.* non etiam tertium poſſeſſorem ac fidejuſſorem *l. 2. ff. de pign. l. fin. C. de diſtr. pign.* ad reſtituendum pignus una cum fructibus, quos aut reddere cogitur, aut in ſortem imputare, *l. 1. C. de diſtr. pign.* (excepto caſu *l. 11. §. 1. ff. de pign. l. 13. ff. de pignor. act.*) ſeu quod ex venditione pignoris ultra debitum conſecutus eſt, unà cum uſuris à tempore moræ reddendũ *l. ult. ff. de diſtr. pignor. l. 6 §. ult. l. pen. ff. d. t.*

TH. 14. Contractus verbis perficiendus audit appellari *ſtipulatio* à *ſtipulo* quod veteribus firmum ſignificabat *d. pr. Inſt. de V. O.* quæ eſt contractus juris civilis *argument. l. 1. ff. loc. l. 14. §. 1. ff. de novat. & delegat.* idonea verborum in interrogando & reſpondendo inter præſentes conceptione conſtans *l. 5. §. 1. ff. §. 1. Inſt. de V. O.* & reſpondentem ad præſtandum id, quod ſe daturũ facturumvé promiſit, obligans. *d. l. 5. §. 1. ff. h. t.* Hæc per verba contrahendi formula maximè contrahentibus neceſſaria fuit; partim ad fulciendam conventionem & actuum efficaciam, ne inanibus ludificarentur promiſsis *l. 45. ff. de pact. L. 3.* C. *de rer. perm. l. 5. pr. verſ. conventionales ff. de V. O.* partim ad rerum quamvis non præſentium dominia transferenda *l. 1. §. 4. ff. de præto. ſtipul.* Nam hunc contractũ ſinè ulla alia obligatione ſubſiſtere poſſe defendimus *argument. l. 108. pr. ff. de V. O. § 3. Inſt. per quas perſ.* Gœdd. *de cotrah. ſtipul. c. 3. n. 10.* Diſpeſcitur variè ſtipulatio: nam à *modo accidentali*: alia *purè*, alia *in diem*, alia *ſub conditione* concipitur. *§. 4. Inſt. de V. O.* In illa ceſſit dies & venit *l. 41. §. 1. ff. h. t.* in illa nondum venit *l. 113 ff. de V. S.* Porrò *alia*

rò *alia*



rò *alia* factũ completum, interdũ neutrum ſed ſpem ſuſtinet §. 4. *& ult. Inſt. h. t.* Item ſtipulationum *alia unius, alia plurium* corræorum *t. t. Inſt. ff. &* C. *de duob. re. ſtip.* ſivè ille ex ſua perſona jus ſtipulandi habeat ſive aliena: veluti ſtipulatio ſervorũ *t. t. de ſtipulat. ſerv.* Sic alia judicialis, alia prætoria, alia conventionalis, alia communis *tit. Inſt. de diviſ ſtipul. l 1. ff. de ſtipulat.* Denique alia utilis, alia inutilis *l. t. Inſt. & ff. de inut. ſtipulat.* Forma ſtipulationis in conceptione interrogationis & reſponſionis conſiſtit qualibuſcunque verbis, modò congruum & conſonantem intellectum *§ 2. Inſt. de V. O. § 5. Inſt. de inutil. ſtipul. l. 1. §. fin. ff. eod. l. 10.* C. *de contr. ſtipul.* actumque interrogandi & reſpondendi continuum habentibus formata *l. 1. §. 1. l. 137. ff. de V. O.* Effectus ſtipulationis conſiſtit in obligatione vel ad dandũ, vel faciendum, *l. 5. §. 1. ff. l. 13. C. de V. O.* Illud prius præcisè requiritur *l. 75. §. fin. ibique Dd. ff. de V. O.* hoc præſtando intereſſe liberatur *l. 72. verſ.* Celſus *l. 69. l. 81. pr. & § 1. l. 112. l. 114. de V. O. l. 11. §. ult. ff. de re jud.* Actio quæ ex ſtipulatione oritur eſt condictio, eaque vel certi *l. 74. de V. O.* vel incerti ſi incertum promiſſum ſit *l. 45. ff. de V. O. & ζεγικῶς* actio ex ſtipulatu vocatur *§. 1. Inſt. de V. O. l. 24. pr. ff. de Vſur. l. 4. ff. de R. cred.* Utraque verò eſt ſtricti juris *l. 5. §. fin. l. ſeq. & ibi Duar. ff. de in lit. jur.* præterquam in cauſa dotis *l. un. §. 2. C. de reiux. act. §. 29 Inſt. de act.* Ex accidenti quoque ob adjectum locum, quo dari quid debuit, fit arbitraria *l. 1. & t. t. ff. de eo quod cert. loc. §. 31. Inſt. de act.* Et tranſit ad heredes *l. 13. l fin. C. de contr. ſtipul.* habita tamen rei, aut facti dividui, aut individui & portionum hereditariarum ratione Gomez *variar. reſol. 2. c. 10.* Frantz. *Exerc. 10. quæſt. 4. n. 5.*

TH. 15. Sunt verò quædam contractuum & deinde



ex his

ex his deſcendentium obligationum acceſſoria ea propter à jure introducta ut quaſi vincula ac robora earundem eſſe, ac per illa creditores de obligatione ſua ſecuri reddi poſſint *Sich. ad tit. C. de pign. & hypoth. n. 1.* Idque fit dupliciter: vel pignora dando *§. fin. Inſt. Quib. m. re contrah.* vel fidejuſſores *princ. Inſt. de fidejuſſ.* Poſteaquā verò per pignora, quomodò provideatur creditoribus, ſupra explicatum eſt; reſtat ſuſcipienda perſonarum non rarò obligationi principali accedentium, nempe fidejuſſorum, inquiſitio. Eſt autem *fidejuſſor* qui etiam appromiſſor dicitur, *l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 34. ff. de Solut.* qui mediante ſtipulatione ſe pro debitore, citra novationem, aut debiti ſolutionem majoris ſecuritatis gratia obligat *pr. Inſt. de fidej. n. 2. Hering. in tr. de fidejuſſ. c. 3. n. 8.* & differt à ſponſore, conſtituente, mandatore, & expromiſſore, *Goed. de contrah. ſtip. c. 2. n. 18. Schneidevv. ad pr. Inſt. de V. O.* Hinc *fidejuſſio* definitur quod ſit ſtipulatio acceſſoria *l. 3. l. 5. ff. de fidejuſſ. l. 5. §. 1. ff. de V. O.* quâ quis interrogatus alienam obligationem ſive naturalem, ſive civilem, *§. 1. Inſt. de fidejuſſ. l. 1. l. 7. ff. eod.* tam futuram quam præſentem *§. 3. Inſt. l. 6. §. ult. ff. de fidej.* fide ſua eſſe jubet, ut creditori eo magis cautum ſit *princ. Inſt. h. t. § fin. Inſt. de replic.* Diſpeſcitur fidejuſſio à *materia in civilem*, & fidejuſſor indiſtinctè admittitur *l. 8. §. 5. l. 56. §. fin. l. 70. §. ult. ff. de fidejuſſ.* vel *criminalem*; cui fidejuſſor, ſi ad coercitionem corporis, non verò ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam agitur, intervenire nequit *argumento l. 13. ff. ad L. Aquil. l. 22. C. de pan A loco*: alia *judicalis*, qua in judicio datis fidejuſſoribus cavetur adverſario, ut de lite ſive civili, ſive criminali, ſecurus reddatur *l. 1. l. 4. ff. de cuſt. & reis exhib. l. 6. §. 3. C. de appell.* Bachov. *ad §. 1. Inſt. de fidejuſſ.* Hering. *d. tr. c. 10. n. 335. & ſeqq.* Alia *extrajudicialis*

fide-



*fidejuſſio* eſt quæ in contractibus frequentatur, quâ aliquis
pro debitore principali fidem ſuam aſtringit *Hering. d. tr. c.*
*4. n. 11.*

Th. 16. Modus fidejubendi eſt; quod verbis inter
præſentes, uti alia quævis ſtipulatio, concipiatur *l. 1. pr. ff. de*
*V. O.* quæ tamen in aliquo inſtrumento ſcripta ſolenniter
interveniſſe præſumitur *l. 12. & 17. Inſt. de inut. ſtipul. §. 3.*
*Inſt. de fidejuſſ. l. 30. ff. de V. O.* Hodierno verò uſu, quo parum
refert, utrum pacto, an ſtipulatione aliquid promittitur
*Gudelin. de jur. Noviſſ. lib. 3. c. 5. §. porro vid.* ad fidejuſſio-
nem conſtituendam præſentia partium non præcisè requi-
ritur, ſed inter abſentes ſcriptura quoque perfici poteſt
Hering. *d. tr. c. 11. n. 76.* Forma conſiſtit in eo: quod fide-
juſſor in duriorem cauſam, quam ipſe reus principalis obli-
gatus eſt, conſtitui nequit, cum abſurdum reputetur; plus in-
eſſe acceſſioni, quam principali rei. *§. 5. & ibi Dd. Inſt. de fi-*
*dejuſſ. l. 8. § 7. l. 34. ff. de fidejuſſ.* Quare majorem principa-
lis debiti ſummam fidejuſſor promittens, tantummodo ad
concurrentem ſummam tenetur *l. 1. §. 4. & 5. ff. de V. O. Weſ.*
*in parat. ff. de fidejuſſ. n. 5.* Arctius verò ratione obligationis, fi-
dejuſſor recte obligatur veluti; invalidæ obligationi accedē-
do *l. 16. §. 3. l. 25. ff. de fidejuſſ.*; Vel ſub juramento; hypothe-
ca omnium bonorum; inſtrumento Guarentigiato Gült-
verſchreibung/ſub pacto Obſtagii Einreitung zur Herberge
quod etſi ſublatum ſit per Ordinat. *polit. ſub receſſ. Imp. de*
*anno 1577. tit. 17. §.* wiewol auch/ tamen in quibuſdam locis
adhuc toleratur. Hering. *d. tr. c. 24. n. 52.* Effectus eſt: quod
fidejuſſor æque ac reus principalis ad omne, tempore fide-
juſſionis in obligationem deductum, ſolvendum teneatur *l.*
*10. §. 1. ff. de fidejuſſ. l. 8. C. eod. l. 13. C. de contrah. ſtip.* Sed quid



ſi mora

ſi mora aut contumacia rei principalis intervenerit? ℞. perpetuatur obligatio *l.91.§.4.de V O.l.49.pr.& §.1.l.88.& ibi Dd.h.t.* non tamen augetur niſi factâ in omnem cauſam fidejusſione *l.54.ff.locat.l.10.ff.rem pupilli ſalv.* Goedd. *de contrah.ſtip.c.11.n.123.*

**Th. 17.** Actio inde adverſus fidejuſſorem reſultans, coincidit cum illa, quæ ſtipulanti adverſus promittentem conceſſa, & non convento principali debitore, adverſus fidejuſſorem olim efficax *l.5.C.de fidej.* Sed Juſtinianus id aſperum nimis & durum arbitratus, *beneficium ordinis ſeu excuſſionis* in illorum gratiã introduxit *Nov.4.c.1. Auth.præſ.C.de fidejuſſ.* Quo & obligati ut principales **alß ſelbſt ſchuldige** fruuntur *argument.l.3.C.de fidejuſſ.l.5.§.16.de inſtit.act.* Cothm. *vol.1.reſp.22.& vol.2.reſp.76.* Bach. *ad Treutl.volum.2.Diſp.1.th.5.lit.C.&* D. Frantz. *Exerc.10.quæſt.8.* Sic quoque Divus Hadrianus fidejuſſoribus in ſolidum obligatis *privilegium diviſionis* conceſſit *§.4.Inſt.l.51.ff.de fidej.* quo in ſolidum conventus excipit adverſus creditorem *l.26.ff.h.t.* Gail. *l.2.obſerv.27.n.5.* ut obligatio inter omnes confidejuſſores modo non inficiatos fidejuſſionem *l.10.§.1.ff.h.t.* & ſolvendo litis conteſtatæ tempore exiſtentes (alioquin inopis aut obligatione exempti portionem reliqui ſupplere atque ſuſtinere coguntur. *l.28.l.48.ff.de fidejuſſ.* Hering *d.tr.c.27.part.11.n.118.*) dividatur; nec plus ab unoquoque quàm virilis portio exigatur *l.ult.C de conſt pec.d.§.4.& l.26.ff.de fidejuſſ.* Weſenb. *in parat. hic.n.6.* Treutl. *Diſp.28.th.5.lit.f.* Imò fidejuſſor conventus, non ante creditori ſolvere tenetur, quàm contra reum principalem & confidejuſſores ipſi ceſſerit, quas habet actiones *l.17.l.36.l.39.ff.l.11.C.de fidejuſſ.* Quod tamen ita demum procedit niſi bene-



ſi beneficiis hiſce renuntiatum fuerit *l.21.C.h.t.N.49.c.2.N.115.c.5.vid.l.2.* Gail. *obſerv.77.* non tamẽ generaliter Thoming. *deciſ.1.n.14.* ſed ſpecialiter, ſeu ſubalternatim. Carpz. *conſt.17.defin.1.n.4.* ſpecialiſſima tamen eſt tutiſſima. Sed quid ſi juramento accedente, beneficiis generaliter renunciatum ſit? ℞. de jure civili nihil operatur, cùm illud naturam actûs ſeu contractûs, cui imponitur, inducet *l.11.§.2.ff.de jurejur.l.fin.ff.de lib.cauſ.l.fin.C.de non num.pec.C.quemadmodũ X.de jurejur.C.acceſſorium de R.I.in ſexto.* At natura fidejuſſoriæ obligationis eſt, ut prius excutiatur principalis *Auth.præſente C.de fidejuſſ.* Contrarium tamen defendimus *per l.Sancimus C.de S.S.Eccleſ.* Hering. *d.tr.c.27.part.1.n.46.& ſeqq.* Contraria fidejuſſionis actio datur fidejuſſori, ne officiũ ipſi ſuũ damnoſum ſit *l.7.ff.iſta quemadmodũ aper.l.140 ff.de R.I.* & appellatur *vel mandati*, quâ pro ſua indemnitate adverſus principalem debitorem intendit, ſivè is expreſſè fidejusſionem mandavit; vel ſaltem fidejubere paſſus eſt, *§.6.Inſt.de fidej.l.6 §.1.l.11.l.20.pr.ff.Mand.l.2.C.eod.l.33.l.53.ff.eod.* ratio eſt in *l.47 ff.de cond.ind.* vel *negotiorum geſtorum*, ſi pro abſente vel ignorante fidem ſuam interpoſuit, & eo nomine condemnatus debitum perſolvit *l.4 ff.h.t.l.25.§.1.ff.mand.l.1.2.& l.l.ff.de neg.geſt.*; niſi in rem ſuam *l.61.§.1.ff.mand.* aut exceptionum competentium omisſione *l.15.l.21.l.32.ff.h.t.l.25.§.1ff.mand.* ſolverit, aut pro invito & ſpecialiter vetante fidejuſſerit *l.40.ff.mand.* Præter has autem actiones tam adverſus ipſum principalem debitorem, quàm adverſus confidejuſſores uti poteſt ceſſis à creditoribus actionibus *l.17.ff.& l.11.C.h.t.*

**Th. 18.** Tertia ſpecies contractuum obligationem conſtituentium fluit ex ſcriptura ſeu literis ſpacio biennii emenſo confirmatis propter præſumptionẽ juris de jure Schot



in

*in Exam. jurid. ad lib. ff. de præſumpt. in fin.* Sibi enim imputet pecuniam non numeratam in chirographo confitens ſe intra biennii fatalia confeſſionẽ ſuam, non revocaſſe §. 1. *Inſt. de liter. oblig. l. 14. C. de non num. pecun.* & condictione cauſa data cauſa non ſecuta indemnitati ſuæ non conſuluiſſe *l. 7. C. de condict. ſin. cauſa.* Forma conſiſtit in ſcriptura biennii lapſu roborata. Effectus in ſolutione & ejus quod in obligationem deductum eſt præſtatione, in cujus auctoramentum actio datur nomine condictionis, ex lege inſignita *l. un. ff. de cond. ex lege.* Sed quid, num probatio pecuniæ non numeratæ elapſis fatalibus recipiatur? Negamus: cum intra præfati temporis metam, denominationem mittere & manifeſtare potuiſſet *l. 21. C. de Epiſcop. aud.* Qui vero ſcripturam abnegârit, aut numerationem inficiatus fuerit, convictus mendacii tenetur in duplum. *Auth. contra qui propriam C. de non num. pec.*

Th. 19. Claudant ſeriem & catalogum contractus ſolo conſenſu, ſive verbis ſive per epiſtolam aut nuncium declarato abſolutiſſimè conſtantes *l. 2. §. 1. ff. de O. & A. princ. Inſt. de obligat. quæ ex conſ. l. 48. l. 152. de O. & A. l. 4. §. 1. de pact.* (niſi inita de contractu ſcriptis celebrando ſit conventio *princ. Inſt. de empt. l. 17. C. de fidej.* quo etiã arrharũ amiſſionẽ referendam cenſemus *argumento l. 25. C. de O. & A. l. 3. & 6. C. de reſcind. vend. l. 2. C. quand. licet ab empt.*) Quos inter *emptio-venditio* primus. Definitur contractus conſenſu initus *§. un. Inſt. de obl. ex conſ. l. 12. de O. & A.* de re pro certo pretio pecuniario danda *l. 2. l. 70. ff. & §. 1. & pr. Inſt. h. t. l. 11. §. 2. ff. de action. empt. l. 8. ff. de evict.* Contractus hujus ſubſtantialia Dd. conſtituunt tria. I. *Conſenſum*, qui debet certus eſſe & liber. Error enim in ipſo corpore *l. 9. cum ſeqq. de*

*contr.*



*contr. empt. l. 83. l. 137. ff. de V. P.* vel in tota materia *d. l. 9. §. ult. l. 41. §. 1. de contrahend. empt.* interveniens vitiat contractum ſecus ſi in parte materiæ aut qualitate *l. 10. l. 11. ff. de contrah. empt.* Sic coactio conſenſui obſtat *l. 13. l. 14. C. d. t.* niſi libertas reſtringatur vel lege publica, ob juſtam & neceſſariã cauſam *§. 2. Inſt. de his qui ſui vel alien. jur.* cui annonã vendendi neceſſitas annumeratur *l. 1. §. 12. ff. de offic. præf. urbi* Mynſ. *cent. 5. obſerv. 22.* vel ratione communionis à ſocio *l. 13. §. 17. ff. de act. empt.* vel auctoritate teſtantis *l. 66. §. 1. l. 99. §. 5. & ult. ff. de leg. 1. Nov. 25. ca. 2. l. 5. l. 34. §. 2. C. de donat.* Secundum ſubſtantiale formant *res l. 1. t. 8. ff. de contr. empt.* ſive præſens ſit, ſive futura *d. l. 8. in pr.* nam & ſpes rei pretio emitur *l. ſpem. C. de donat.* ſive propria ſive aliena *l. 58. ff. h. t. l. 11. §. 8. ff. de act. empt.* ſive corporalis, ſive incorporalis *t. t. ff. & C. de act. & hered. vend. l. 2. C. de O. & A.* Imò actiones ignorante & invito debitore recte venduntur *l. 3. C. h. t. l. 1. C. de novat.* modò non potentiori *t. t. C. Ne lic. potent.* III. *Pretium l. 72. ff. & pr. Inſt. h. t.* quod præter pecuniam numeratam *§. 2. Inſt. l. 1. ff. h. t.* certum definiri debet vel per expreſſam contrahentium determinationem; vel relationem ad alicujus tertii in ſpecie nominati arbitrium *§. 1. Inſt. l. fin. C. h. t.* & æquitati congruũ, niſi contractus ob immodicam læſionem *l. 2. C. de reſcind. vend.* aut *Ædilitio edicto l. 1. ff. de Ædil. ed.* ſuppoſitus eſſe velit, vel poſteriori modo ad arbitrium boni viri reduci *l. 76. ff. pro ſocio l. 42. ff. loc. l. 30. ff. de oper. libert.* Modica vero ſine propoſito fallendi non nocet, permiſſâ contrahentibus in pretio ſeſe circumſcribendi ob contractus frequentiam & neceſſitatem licentia *l. 16. §. 4. ff. de min. l. 22. §. 2. ff. loc. cond.*

Th. 20. Pacta quoque emptioni vend. accedunt; ut *addictio in diem* ſcil. ut oblata meliori conditione diſce

daturà.

datur à contractu *t. t. ff. de in diem add.* vel pactum *commiſſorium*; quo cavet venditor, ut, niſi pretium intra conventum tempus ſolvatur, res inempta reddatur *t. t ff. de Lege commiſſ.* Inter cætera verò eminet pactum de retrovendendo; quod intra fatalia temporis quidem ſervanda *l. 2. l. de pact. inter empt.* poſt expleta verò juri reluendi longiſſimo tempore præſcribitur *l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Praxeos tamen autoritate tale pactũ à præſcriptione præſtatur immune Gail. *l. 2 obſ. 18. n. 4.* Berlich. *part. 2. c. 2. n. 82.* Utrum verò recte? Ambigo. Modi contrahendi emptionem, vel purè, aut ſub conditione §. 4. *Inſt.* aut in diem *l.* 41. ex die *l. fin.* ad diem *l.* 80. § *ſylva ff. h. t.* noſcuntur. Effectus emptionis perfectæ eſt; quod periculum & commodum rei venditæ, licet emptori nondum traditæ, protinus ad emptorem tranſeat §. 3. *Inſt. h. t. l. 8.* ff. *de periculo & commod. rei vend.* utpote nulla alia, niſi levi culpa à venditore præſtanda *l. 3. ff. de contrah. empt.* & ſecuro ob interitum ſpeciei debitore *l. 23. ff. de V. O.* Mynſ. *cent. 6. obſerv. 36.* Gomez. *bon. 1. reſ. c. 2. n. 32.* maximè ſi per averſionem nullo liberandi vel probandi tempore ſumpto res empta ſit. Quod tamen limitatur in conditionali venditione *l. 8. ff. de peric. & commod. l. pen. C. eod.* quæ conditio tacitè ineſſe præſumitur rebus ad menſuram, numerum, pondus *l. 35. §. 1. ff. de contrah. empt.* vel vino aliive liquido ad deguſtationẽ venditis *l. 4. pr. & §. 1. ff. de peric. & comm.* Sic ſi venditor pretium acceperit pro re publicata *l. 33. ff. locat.* aut ſpeciali pacto omne periculum in ſe ſuſceperit §. 3. *verſ. ſane Inſt. de empt. & vend.* Schot. *in Exam. jurid. tit. de per. & comm.* item in venditione generis *l. 14.* & alternativa *l. 34. §. 6. de contr. empt.* Actio duplex eſt *empti & venditi*, & utraque directa, civilis *l. 33. pr. ff. de Ædilit. ed.* bonæ



bonæ fidei *l. 11. §. 1. de act. empt.* Illa competit emptori ejuſque heredi, ſi pretium ſolutum aut debito modo oblatum, aut fides de pretio habita ſit §. 41. *Inſt. de R. D. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 19. l. 53. ff. de contr. empt.* adverſus venditorem, de re cum fructibus & omni ſua cauſa tradenda *l. 13. C. de action. empt.* Præcisẽ enim rem venditor obligationi ſuppoſitam, ſi poſſit, tradere tenetur, nec præſtando intereſſe, invito emptore, liberatur *l. 11. §. 2. l. 25. §. 1. l. 46. l. 50 ff. h. t* Weſenb. *in παρ. ff. de act. empt. n. 4.* Hæc venditori adverſus emptorem ejuſve heredes *l. 2. C. de pact.* ad pretium rei venditæ ſibi dandum *l. 13. §. 20. ff. de act. empt. l. 11. §. 2. ff. h. t.* & uſuras pretii tardius ſoluti, cum omni præſtatione debita conſequendas *d. l. 13. §. 19. ff. h. t.*

Th. 21. Proxima emptioni-venditioni ejuſdemq; juris regulis conſiſtit locatio conductio *pr. Inſt. & l. 1. & 2. ff. loc.* eſt contract⁹ cõſenſu initus §. *un. Inſt. de ob quæ ex conſenſ.* quo uſus & fructus rei *l. 15. §. 1. l. 24. §. 1. & 4. l. 25. §. 1. ff. locat.* aut opera perſonæ *l. 13. §. 1. l. 22. §. 2. l. 51. §. 1. ff. h. t.* pro certa mercede conceditur §. 1. *Inſt. & l. 2. pr. ff. locat.* Subſtantialia hujus contractus: res vel opera, merces, & circa utramque conſenſus *l. 1. l. 2. & paſſim ff. locat.* qui etiam tacitus ad initæ locationis renovationem ſufficit *l. 13. in fin. cum l. ſeq. 16. ff. loc.* Locatio duplex: rei vel operæ. Illa, qui rem pro mercede certa utendam dat, locator, accipiens, conductor perpetuò dicitur. In hoc inter operam & opus diſtinguitur: qui operam pro mercede præſtat conductor *l. 38. ff. h. t.* & qui opus aliquod conficiendum ſuſcipit, diverſo reſpectu & locator & conductor dicitur *l. 11. §. pen. l. 13. §. 1. l. 22. §. 1. & 2. d. l. 38. ff. h. t.*

Fit autem locatio vel ad certum *l. 15. ff. h. t.* vel ad modicũ,

 vel

vel ad longum tempus; quo utroque caſu ob propriã hujus conventionis formam dominium non mutatur *l. 39. ff. locat.* adeoq; nec utile per longi temporis locationem transfertur dominium *argumento l.19.* C. *de locat. l.2.* C. *de 30. vel 40. ann.* Conan. *l.7. comment. 13. c. 4.* Weſenb. *in παρ. ff. locat. n. 8.* Locationi ad longum tempus imò & ipſi emptioni affinis eſt *emphyteuſis*, ſeparatam tamen ab utraq; habens formam §. 3. *Inſt. de locat. l. 1. C. de jur. emphy.* Definitur: quod ſit contractus juris civilis, quo dominus prædium alicui perpetuò utendum concedit ſub lege meliorationis & annuæ penſionis domino in recognitionem dominii directi præſtandæ *l. 1. 2. C. de jur. emphyt. l. 1. §. 1. ff. Si ager vectig.* Et eſt vel Eccleſiaſtica in rebus Eccleſiæ, vel ſecularis quæ à perſona ſeculari in rebus profanis conſtituitur, his tacitè annexis pactis; quod damnum particulare ad emphyteutam; totius rei interitus & damnũ ad dominum devolvatur *l. 1. C. de jur. Emph.* 2. quod Eccleſiaſtica emphyteuſis, non ſoluto per biennium canone amittatur *Nov. 7. c. 3. n. 2. Nov. 120. c. 8.* Secularis per triennium *l. 2. C. de jur. emph.* 3. Emphyteuta rem emphyt: domino irrequiſito alienando, vendendo jure ſuo cadet *l. fin. C. de jur. Emphyt.* Gail. *lib. 2. obſerv. 25. n. 6.* In dubio tamen hic contractus cenſetur potius cenſiticus, quàm emphyteuticus. Vult. *ad Inſt. h. t. n. 12.*

TH. 22. Ex contractu locationis conductionis duæ oriuntur actiones æquè directæ, civiles & bonæ fidei *l. 54. pr. ff. locat.* §. 28. *Inſt. de act.* §. *unic. Inſt. de oblig. quæ ex conſ.* Una locati; competens locatori adverſus conductorem ejusvé heredes §. *fin.* Inſt. *de locat. l. 19. §. 8. ff & l. 10.* C. *eod.* ut mercedem promiſſam juſto tempore ſolvat *l. 54. in prin. ff. h. t. l. 42. ff. de V. O. l. 34. ff. de R. I.* nec non uſuras à tempore moræ

l. 58.



*l. 58. ff. locat. cond. l. 17. C. eod.* remque locatam finito uſu (*vid. tamen l. 54. §. 1. & l. 3. C. h. t.*) reſtituat *l. 48. ff. l. 25.* C. *h. t.* & damnum, quod dolo latâ & levi ipſius, culpâ contigit *l. 13. §. 1. l. 9. §. 1. ff. l. 25. C. h. t. argumento l. 5 §. 2 ff. commod.* reſarciat. Hinc non tenetur de incendio etiamſi exortum culpa inhabitantium, præſumatur *l. 3. §. 1. ff. de off. præf. vig. l. 11. ff. de peric. & comm.* quia culpa hæc eſſe leviſſima præſumitur, ad quam ex natura contractûs hujus non tenetur, multo minus de caſu fortuito *vid.* Gail. *lib. 1. obſerv. 21.* Mynſ. *cent. 6. obſerv. 88.* Altera conducti actio datur conductori adverſus locatorem ejusque heredes *l. 19. §. pen. ff. l. 10. C. h. t.* non ſingularem ſucceſſorem, niſi *l. 25. §. 1. l. 32. ff. l. 9. C. h. t.* ut præſtet facultatem re conductâ liberè utendi fruendi *l. 9 pr. l. 24. §. 4. l. 33. ff. l. 60. h. t.* & refuſionem damnorum *l. 19. §. 1. ff. h. t.* & impenſarum in rem conductam neceſſariò utilitervé factarum *l. 55. § 1. l. 61.* Ob magnam tamen fructuum ſterilitatem remiſſio penſionis à locatore fieri debet *l. 15. §. 2. & 3. ff. h. t* niſi aliud convenerit *l. 9. §. 2. ff. h. t.* aut ubertate inſequentium annorum ſterilitas compenſetur *l. 15. §. 4. ff. l. 8. C. h. t.* vel modicum damnum ſit *l. 25. §. 6. ff. & d. l. 8. C. h. t.* Sicuti nec immodicum lucrum ex ubertate proveniens auget penſionem Treutl. *volum 1. Diſp. 29. th. 7. lit. E.*

TH. 23. Conſenſualium contractuum ſuccedit tertius *de ſocietate.* Eſt autẽ ſocietas contractus conſenſualis *l. 4. ff. h. t.* de unius, aut plurium, aut omnium rerum communione ſuſcipiendâ initus lucri faciendi gratia *l. 7. 8. ff. h. t.* Unde etiam vel in generalẽ, vel ſpecialem dividitur §. *1. Inſt. de ſociet.* Si in generali ſocietate filiæ in dotẽ, vel filio in ſtudiorum cauſam, ſocius quid dedit, ſocietati eſt imputandum *argumento l. 73. §. 1. h. t. l. 39. §. 3. ff. fam. Erciſc.* Treutl. *vol. 1. diſp. 27. th 8. lit. H.*



Modus

Modus contrahendi ſocietatem vel expreſſus *l. 19. l. 31. l. 32. l. 37. l. 44. h. t.* vel tacitus *l. 58. §. fin. d. t.* vel ad certum tempus, vel ad mortem unius ſocii, vel ex tempore vel purè vel ſub conditione, vel expreſſis lucri partibus *t. t. Inſtit. & ff. h. t.* Actio ex hoc contractu oritur una; utrinque directa *§. 2. Inſt. de pœn. temer. litig.* appellata *pro ſocio* (quo agitur contra ſocium ad lucrũ communicandũ *l. 38. §. ult. l. 76. p. 2. ff. h. t* & ad reſarciendum damnum dolo aut levi culpa datum *l. 52. §. 2. 3. ff. h. t.* Siquidem ſocietas utriusque cauſa contrahitur *l. 5. §. 2. commod. §. fin. Inſt. de Societ. l. 27. ff. h. t.* & licet ob culpã in id quod intereſt ſocio teneatur *l. 47. ff. h. t.* tamẽ regulariter modo in id, quod rei judicatæ tempore facere poteſt ſivè ſit ſocius omnium bonorum, ſeu certæ alicujus rei *l. 36. pr. & l. 68. ff. d. l. 16. ff. de re jud.*

Th. 24. Denique mandatum; quod eſt contractus conſenſu initus *l. 1. pr. ff. mand. l. 2. ff. de O. & A.* de negotio quodam alterius gratis *l. 20. §. 1. ff. mand. §. ult. Inſt. eod.* ſuſcipiendo & exequendo. Dividitur ratione *cauſæ efficientis*: in expreſſum & tacitum quod per patientiam conſtituitur, *l. 18. ff. h. t.* reſpectu *materiæ* ſeu rerum mandatarum *in generale*; cum univerſitas nogotiorum mandetur *l. 58. cum ſeq. ff. de procurat.* Sive cum libera ſive ſine libera negotiorum adminiſtratione *l. 36. ff. de procur.* vel ſpeciale ſeu certæ rei, ſeu plurium in ſpecie expreſſarum. Ratione *modi* in purum, conditionale, & in diem *§. pen. Inſt l. 1. pen. ff. mãd.* Ratione *finis* quinq; modis contrahitur *pr. Inſt. de mãd.* Ubi notandum ſolius mandatarii cauſſa mandatum, conſilium potius eſſe, & ideo non obligatorium *§. 4. Inſt. l. 6. §. 5. ff. h. t.* niſi fraus adhibita *l. 47. ff. de R. I. l. 8. ff. h. t.* vel ad certam perſonam, cui alias non crediturus fuiſſet mandatarius directum fuerit. Ex hoc contractu oritur actio mandati directa & contraria



contraria. *Directa* datur mandanti adverſus mandatarium ad implendum mandatum *l. 22. §. ult. l. 28. §. 1. ff. mand.* & ad præſtandum dolum cum omni culpa etiam leviſſima *l. 21. l. 9. l. 11. l. 13. C. h. t.* Contraria; mandatario adverſus mandantẽ tum ad recuperandum id, quod ex cauſa mandati abeſt v. g. impenſas cum uſuris *l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. ff. l. 1. 2. 4. C. h. t.* etiamſi caſu aliquo impeditus mandatum implere non potuerit *l. 56. §. fin. ff. l. 4. C. h. t.* tum ad omne intereſſe ne in damno moretur *l. 15. l. 26. §. 6. & 7. ff. h. t.* nonnunquam etiam honorarium pacto promiſſum, eâdem hac peti poteſt actione *l. 6. princ. h. t.* de damno verò quod mandatario negotium exequenti per caſum fortuitum accidit, reſarciendo, regulariter mandans ei non tenetur *l. 26. §. 6. ff. h. t.*

Th. 25. Huc uſque de veris ſeu propriis contractibus; nunc quaſi contractus ſubjungamus, quibus non conventione ſed juris præſumptione inter ignorantes & invitos contrahitur. Quorum quaſi contractuum ſpecies recenſentur V. *in tit. Inſt. de obl. quæ quaſ ex contr.* Primus eſt *negotiorum geſtio*: cum quis abſentis ignorantisque res curat, ne ille indefenſus damnum patiatur; ſed nunc moribus in pejus mutatis, habetur de raro contingentibus. Actionem hæc geſtio parit directam & contrariam; quarum illa datur domino rei geſtæ adverſus geſtorem, & leviſſimæ culpæ nomine, ad rationem reddendam *§. 1. Inſt. h. t.* Contraria geſtori adverſus dominum rei geſtæ nomine cauſaque ejus quod ipſi vel abeſt, vel ratione geſtionis abfuturum; modo initio utiliter geſſerit *l. 2. 25. 26. 45. ff. h. t.* licet caſu res perierit *l. 10. §. 1. ff. h. t.* niſi adverſus invitum & vetantem interceſſerit *l. 40. ff. mand. l. ult. l. 22. C. h. t. 2.* Sic pupillus finita pubertate adverſus tutorem & vice verſa tutor ex quaſi contractu agit; nam



etſi

etſi nullum negotium expreſſe contractum ſit, cùm ignoranti & invito pupillo detur. *l. 6. ff de tut. & curat.* Nihilominus obligatio inde mutua inter tutorem & pupillum ex tutelæ officio publicâ, autoritate, impoſito naſcitur §. 2. *Inſtit. h. t.* Actio tutelæ duplex: *Directa* competit pupillo adverſus tutorem ad rationes reddendas, & reſtituendas pecunias cum uſuris, ſi in propriam utilitatem tutor converterit *l. 7. §. 3. ff. de adminiſt. tut.* nonnunquam condictione furtivâ, ſi tutor animo furandi quasdam res pupillares ſurripuerit *l. 2. ff. de tut. & rat. diſtr.* *Contraria* tutori contra pupillum, ut recipiat, ſi quid bonâ f. impendit in rem, & utilitatem pupilli *l 3. §. 8 ff. de contraria tutelæ act. l 34. §. fin. ff. de adminiſtrat. tutor.* Tertium quaſi contractum conſtituit *communio rerum* ſinè conſenſu inter aliquos orta; quæ ſi eſt univerſalis; indè familiæ erciſcundæ *vid. l. 55. ff. & l. fin. C. de V. S.* Vel particularis, & actio communi dividundo datur §. *3. &* 4. *Inſt. h. t.* Item *aditione hereditatis* quaſi contractus conſtituitur, quo heres obligatur legatariis nomine doli & culpæ in legato commiſſæ *l. 47. §. 4. 5. 6. ff. de leg.* 1. Denique indebiti ſolutio ex quaſi contractu actionem parit appellandam; indebiti condictionem §. *pen. Inſt. de Obl. quæ quaſi ex contr. l. 2. ff. de cond. indeb. l. 5. §. 15. & ſeqq. de Oblig. & act.* Ubi tamen indebiti qualitas accuratè tenenda. vid. Corvinus *ad Inſtit. de oblig. quæ re contr. ad* § 2.

Th. 26, Hucusque de obligationibus ex *contractu*, vel *quaſi* deſcentibus, nunc de illis; quæ ex *contractu involuntario* h. e. delicto ſeu maleficio naſcuntur, quantâ fieri poteſt brevitate, tractandum reſtat. Definitur *delictum* offenſio contra jus illata. Et eſt vel *publicum*, cujus accuſatio cuivis è populo permittitur. §. 1. *Inſt. de public. jud.* Schet. *in Exam. jur. d. t.* veluti: crimen læſæ majeſtatis, adulterii, vis publicæ & privatæ, homicidii, parricidii, falſi, peculatûs, plagii, ambitûs, repetundarũ, annonæ, de reſiduis *t. t. Inſt. de publ. jud. l. 1. 3. cum 12. ſeqq.* 48. *ff. d. t.* vel *privatum*; cujus vindicatio illi in quem commiſſum conceditur. Publicis delictis commodiori tractatui reſervâtis, de *privatis*, utpote magis noſtro inſtituto deſervientibus, agentes dividimus: in *propria* & *impropria* ſeu *quaſi delicta*. Inter *propria*, nullum delictum *furto* deteſtabilius habetur, utpote naturâ turpe *l. 42. ff. de V. S.* nec non contra naturalem prohibitionem admiſſum §. 1. *Inſt. h. t.* Definitur *furtum*; contrectatio rei fraudulоſa lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel etiam uſus poſſesſionisvé *l. 1. §. ff. h. t. d. l. 42. ff. h. t. d. l. 42 ff. de V. S. & §. 1. Inſtit. h. t.* Diſtinguitur in *manifeſtum furtum*; cum in ipſo actu, vel antè quis, à Domino vel ab alio quopiam, deprehenditur, quàm cum re furtiva ad locum deſtinatum pervenit, *l. 3. & ſeq. h. t. l. 7. §. 2. d. t.* *Et nec manifeſtum* §. 3. *Inſtitut. h. t. l. 3. 4. & 7. ff. de furt. Conſtit. crim.* Car. V. *art. 175.* Item in *ſimplex & compoſitum ſive qualificatum*; quale eſt quod fuit cum effractione aut violentia conjunctum *l. 1. & 2. ff. de effract.* Carol. *V. art. 159. 160. & 161.* *Cauſa efficiens* furti eſt; fraudulоſa mens & voluntas contrectantis. § 7. §. 18. *Inſt. de Oblig. quæ ex del. Objectum* furti ſunt res alienæ; rei enim propriæ non committitur furtum *l. 52. § fin. l. 59. ff. h. t.* niſi cum alio communis *l. 45. ff. pro ſocio*, vel alius in ea jus quoddam aſſerat, uti creditor in re oppignorata §. 10. *Inſt. h. t. vid. l. 15. §. 1. ff. h. t.* Debent autem eſſe res corporales & mobiles §. 7. *Inſt l 38 ff de Uſucap.* licèt minimæ extiterint §. 16. *Inſt. de R. diviſ. pr. Inſt. vi bon. rapt.* *Forma* furti eſt ipſa fraudulоſa contrectatio *l. 52. §. 19. ff. de furt. l. 3. §. 18. ff. de acquir. vel amit-*

*amittend. poſſ.* *Finis* eſt lucrum *l. 1. §. 3. ff. h. t.* hinc non obſtat *l.*
*39. ff. h. t.* *Effectus* furti ſunt *actiones vel rei, vel pœna perſecu-*
*toriæ* ipſis quorum intereſt competentes §. 15. 16. *Inſt. de ob-*
*lig. quæ ex del. naſc.* *Rei* actio ad exhibendum *l. 13. l. pen. ff. ad*
*exhib.* Rei vindicatio *l. 23. C. de R. V.* Condictio furtiva ad
rem ipſam, ſi extat, vel ejus æſtimationem conſequendam *l.*
*8. l. 9. ff. de cond. furt.* *Pœnæ*, & quidem de jur. Civ. *in ma-*
*nifeſto furto quadruplum, in nec manifeſto duplum* perſequun-
tur §. 5. *Inſt. h. t.* rei vindicatione extrinſecus competente §.
*fin. Inſt. d. t.* Sed cum pœna arbitraria etiã olim locũ obtinue-
rit *l. fin. ff. h. t. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Carolinam pœnã *in artic.*
*157.* ob frequentes furium graſſationes, juſtiſſimam eſſe de-
fendimus; & ejus pœnæ legitimè damnatum, nec laqueo fra-
cto, nec matrimonii à puella deſiderati favore liberandum *a.*
*1. ff. de re jud. l. 51. ff. ad L. Aqui.*

Th. 27. Alterum delictum *rapina*: quæ eſt violenta
rei alterius ablatio, & nihil differt à furto niſi violentâ actio-
ne Weſenb. *in rap. h. t. n. 1.* & per actionem vi bonorum rap-
torum, quæ eſt præter furti actionem tripli. (cum pœna ta-
men incluſivè) ſive raptor comprehendatur, ſive non. *princ.*
*Inſt. de vi bon. rapt.* Hodie vero raptores conſtitut. Carol.
vigore, gladio plectuntur *art. 126.*

Th. 28. Sequitur nunc damnum *à demendo* di-
ctum *l. 3. ff. de damn. infect.* Idque ab animali bruto commiſ-
ſum; *pauperies* dicitur §. 2. *Inſt. l. 1. §. 3. ff.* *Si quadrupes pau-*
*per. feciſſ.* ab homine vero & quidẽ ſervo; *noxalis actio pr. Inſt.*
*& l. 1. ff. de noxal. act.* à libero vero homine; *lex Aquilia*, quæ
hujus loci, vocatur. *Cauſa efficiens* damni injuriâ dati, eſt do-
lus *l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil.* §. 3. *Inſt. d. t.* vel culpa etiam leviſſi-
ma §. 2. & 3. *l. 5. §. 1. l. 44. ff. h. t.* *Objectum Aquiliæ legis* eſt
ſervus



ſervus vel pecus injuria occiſum, item quodvis animal, quod
vulneratur, nec non alia res inanimata, fracta, combuſta, vel
generaliter rupta *t. t. Inſt. de l. Aquil.* *Forma* in ipſa damni il-
latione dolo culpave facta §. 2. & 3. *Inſt. d. t.* *Effectus*, eſt a-
ctio legis *Aquiliæ* eàque vel *civilis* vel *prætoria*: Illa *dire-*
*cta*, hæc *utilis.* *Directa* tunc competit quando damnum
corpore infertur corpori e. g. Si quis alienum ſervum de
ponte, ut ſuffocaretur aquis, dejecerit § 10. *Inſt. h. t.* *Vtilis*;
cum corpori quidem, ſed non corpore damnum immediate
illatum ſit: veluti ſi quis alterius pecus in tantum exagitave-
rit, ut præcipitaretur. §. *ult. Inſt. h. t.* Damnum autem iſtud
non uno æſtimatur modo; interdum quanti res damnifica-
ta toto anno retrorſum: uti ex *primo legis Aquiliæ capite. de*
*animalibus gregatim paſcentibus*, cõcepto; aliquando quanti
30. ſuperioribus diebus plurimi venerit, ubi *ex tertio capite*
*l. 2. l. 27. §. 5. ff. h. t.* & datur adverſus confitentem in ſim-
plum contra inficiantem in duplum §. 19. *Inſt. de Action.* vi-
de tamen *l. 33. ff. h. t.* Prætoria actio, quæ in factum ſubſidi-
aria appellatur locum habet; quoties neque corpore neque
corpori ſed alio modo damnum alicui datum § 17. *Inſt. h. t.*

Th. 29. Exular vero ab his actionibus *l. 3. ff. de l. & l.*
*l. 54. §. 4. ff. ad L. Aquil. c. 18 X. de homic.* Si modo cauſa juſta
fuerit & inſultatus abſque vitæ & exiſtimationis periculo aliã
expediundæ ſalutis rationem inire nequiverit, quam occiſi-
one inſultantis, obſervato juſto modo facta; Juſtus autem
modus non requirit primi ictus expectationem, aut armo-
rum paritatem Weſenb. *vol. 1. conſ. 19. n. 57.* Prætendens ve-
ro defenſionem eam tenetur probare. *Conſt. Crim. artic. 141.*
permiſſis teſtibus aliàs minus idoneis Gail. *lib. 1. de pac. publ.*
*c. 16. n. 22.* Imò de credulitate deponentibus Car. *lib. 5. ſen-*
*tent. § fin. quæſt 53. in fin.* Deficientibus teſtibus recurritur ad
conje-

conjecturas & præſumptiones deſumendas *ex loco* ubi cædes facta eſt, *tempore, genere armorum, perſona tam occiſi quàm occidentis, inimicitiis præcedentibus, vulneribus utrinq; acceptis aliisque circumſtantiis anteced. & conſequentibus judicis arbitrio committendis. Conſtit. crimin. art.* 143. Quibus etiam obſcuris, vel nullis, allegans defenſionem, in defectum probationis torturæ ſubjiciendus eſt Zang *de tort. n.* 157. *verſ. & ſan.* In qua conſtanter aſſerens ſe ad ſui defenſionem homicidium perpetraſſe abſolvendus eſt Obr. *de neceſſ. defenſ. c. ult. n.* 62. *in fin.* deprehenſus verò moderamen inculpatæ tutelæ exceſſiſſe, inſultatus arbitraria coërcendus pœna Eberh. *tum Conſ. vol.* 1. *Conſ.* 68. *n.* 5. & 16. Sed quid: nũ etiam ob honoris irreparabilis defenſionem, interficere aliquem permittitur? Affir. *per l.* 1. §. 4. *ff. ad L. Corn. de Sicar.* Sic etiam ob rerum armata manu invaſarum retentionem *l.* 3 §. 9 *ff. de vi & vi arm.*

TH. 30. Ultimum delictum eſt *injuria*, quæ à contemnendo dicta *princ. Inſt. de injur.* definitur: quod ſit delictum privatum dolo malo corporis, dignitatis famæve alicujus lædendæ gratia admiſſum. Ratione modi: vel *verbalis*, quæ verbis ſive ore prolatis, ſivè ſcriptis, infertur; ita tamen, ut ſcriptura crimen quoddam ignominioſum pænam capitalem impingẽs dicatur famoſus libellus *l. un. C. de fam. libell. l.* 5. §. 9 *ff. de injur.* Cav. *V. in conſt. crimin. art.* 110. *Realis*, quæ facto aliquo ad probri & turpitudinis notam comparato committitur, §. 1. *h. t.* Sic alia levis, alia atrox, uti ex perſonæ temporis, facti, vel loci circumſtantiis æſtimanda §. 9. *Inſt. h. t. Cauſa efficiens* injuriarum ſunt *homines animum injuriandi habentes.* Sed quid de ebrio? ℞. de atrocibus & realibus injuriis tenetur; non verò de levioribus & verbalibus, ſi modo, vinolentiâ diſcuſſâ, ſobrium earum peniteat

Weſ.



Weſ. *in π. h. t. n.* 4. Idem de eo in iracundiæ calore prolato *argumento* 48. & *ibi* Branchorſt. *de R. I. Objectum*, circa quod verſatur injuria; ſunt itidem *homines*, licèt ipſi injuriâ alios afficere nequeant. *l.* 3. §. 2. *h. t. Effectus* in hoc conſiſtit, quod de quacunque injuria ſivè civiliter ſive criminaliter poſſit agi §. 10. *Inſt. h. t.* condemnatus tamen injuriarũ *utroq; modo* infamiã incurrit *l.* 1. *l.* 4. §. *fin. de his qui not. infam.* niſi judex in ſententia honorẽ & famã expreſſe reſervarit *l.* 3. *C. de his qui not. infam.* vel ſi reus ſe per procuratorẽ defenderit *vid. tamen l.* 2. *ff. de Obſeq. par. & patr. præſt.* vel ſi injuriarum conventus ante litem conteſtatam, vel condemnationem, injuriæ æſtimationem perſolverit, aut apud acta depoſuerit *l.* 37. *ff. de procur.* Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 102. & *ſeqq.* Tollitur verò injuria vel morte vel diſſimulatione §. *ult. Inſt. h. t.* item honorifica appellatione, ſalutatione, compotatione, niſi ex officio honeſtatis Schneidew. *ad* §. *ult. Inſt. h. t.* vel jure aulico auff Hoffrecht Gail. *de arreſt. imper. c.* 14. &c denique tempore *princ. inſt. de perpet. & temp. act. l.* 5. *C. hic.*

TH. 31. Huc uſque de veris & propriis delictis; *quaſi delicto* obligatur, qui non dolo ſeu intentione, ſed culpâ aliquid commiſit in ſpeciem veri delicti demigrans. Vult. *Juriſpr. Rom. l.* 1. *c.* 51. veluti judex imperitè aut imprudenter ſententiam ferendo, in quaſi delictum incurrit, pænâ religioni judicantis commiſſâ redimendum *princ. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex del.* quod ampliatur in eo, qui requiſitus juſtitiam adminiſtrare negligit; veluti probationes vel exceptiones partis non admittendo; vel quod ejus officio incumbit non expediendo. Bart. *ad l. fin. ff. de variis & extraord. cognit.* Quid verò: Si ſordibus aut odio effaſcinatus fraudulenter velificetur litigantibus? *Vid. auth. hodie & t. t. C. de pæn. jud. qui mal. N.* 124. *c.* 2. *l.* 15. *ff. de jud.* Ex quaſi delicto itẽ obligatur is ex cujus cænaculo aliquid eſt effuſum vel dejectum in eum locum, quà vulgo iter fit, actione dupli ob damnum effundendo &c. datum §. 1. *Inſtit. h. t. & t. t. ff. de his qui effud. vel dejec.* Vel aliquid ſuſpenſum poſitumvé habenti; decem aureorum pæna conſtituitur *l.* 5. 10. 11. *ff. de his qui effud. vel dej.* Ob hominem vero liberum occiſum 50. *aureorum*; ob illum modo læſum; *quantum religioni judicantis æquum videbitur* punitur, computatis mercedibus medicis præſtitis, impenſiſque in curationem factis, & operis quibus caruit, aut cariturus ob id, quod inutilis factus, §. 1. &

*ibi*

*ibi Schneidevv.Inſt.h.t.* Denique exercitor navis cauponæ & ſtabuli tenetur de furto à familia commiſſo *§.fin Inſt.h.t.ff.furti adverſus nautas* Culpæ enim reus eſt qui malorum hominum opera utitur; ideoque in factum datur.*d.§.3.Inſt.h.t.*

Th. 32. Cauſis obligationum extrema quaſi lineâ delibatis, *Subjectum* obligationis eſt proximum; & poſſunt omnes obligari, qui perfectum rationis uſum, & liberrimam rerum ſuarum habent adminiſtrationẽ ſivè maſculi, ſivè fœminæ *l.105.de V S l.5.de contr.& comm.ſtip.* Hinc patet illâ deſtitutũ cum effectu obligari non poſſe, utpote infans *§.9.Inſt. de inut. ſtip.* accipitur verò ſtrictè infans pro eo, qui nondum ſeptennium egreſſus *l.18.C.de jur. delib. furioſus §. 8 Inſt.de inut.ſtip.l.5.l.40.ff.de R.I.* minores ſinè curatorum conſenſu *l.5.C.de reſt. in integ.* etſi enim dominium habeant teſte Apoſtolo Paulo.*c.4.ad Gal.* adminiſtratione tamen ejusdem, ob ætatis & judicii lubricitatem l.4.*ff.de Serv.export.* ad virilem vigorem ſuſpenſâ illis interdicitur *d.c.4.verſ.2.pr.Inſt.de curat.l.1.ff. de min.* niſi ex re actio profluxerit *l.46.ff.de O.& A.l.25.§.furioſi l.16.ff.fam. Erciſc.* Sic prodigi *l 6.ff.de V.O.l.40.ff.de R.I.*

Th. 33. *Objectum* ſeu *materia*, quæ in obligationem deduci poſſunt, ſunt *res naturâ & jure ſolubiles*; quæ verò tales non ſunt, materiam obligationis non valent conſtituere; ſive corporales ſivè incorporales. *l.t Inſt.de R. corp. & incorp.vid.§.2.Inſt.de inutil.ſtip. l.33 §.5.ff.de V.O.§.7.Inſt.de R.D.l.14.l.21.C.de SS.Eccleſ.N.7.c.6. X.de rebus Eccleſiæ non alienand. Finis & effectus* obligationis: quod alium nobis adſtringat ad dandũ aliquid vel faciendũ *l.3.ff.de O.& A.*

Th. 34. Tollitur obligatio vel *ipſo jure* vel *ope exceptionis. Ipſo jure*; utpote *ſolutione princ.qui Inſt.quib.mod.toll.obl.* cõpenſatione *l.4.ff.de compenſ.* acceptilatione *§.1. Inſt. d.t. l.1.5.ff. de Accept.l.24.ff.de mort.cauſ.donat.* Novatione *l.2.l.9.ff.de novat.* delegatione *l.11.ff.de novat.* confuſione; *l.5. C. de hered. pet.* Oblatione & conſignatione *l.9.C.de Solut.l.14.C.de Uſur.* Sic præſcriptione *t.t.ff.de diverſ.& temp.præſcr.l.5 C.de præſc.30.vel 40.ann.* Mynſ *cent.3.obſerv.*38 denique contrario conſenſu & aliis modis.*l.35.ff.de R.I.* Ope exceptionis; veluti rei judicatæ *t.t.ff.de Except.rei jud.* item pacto expreſſo vel tacito *t.Inſt.& ff.de Except.l.2.§.1.ff.de pactis.* transactione, *l.1 [illegible] de transact.* legato *l.36.ff.de V.O.l.3.§.3.ff.de l.leg.* juramento [illegible] *de action.* Schneidevv.*ad tit.Inſt.quib.mod.tollitur ob.*

*Ieſu tibi laus & gloria ſemper.*